

LIBELLUS  
DE VITA ET MORIBUS IMPERATORUM  
BREVIATUS EX LIBRIS  
SEXTI AURELII VICTORIS

5 *a Caesare Augusto usque ad Theodosium*

Anno urbis conditae septingentesimo vicesimo se- 1  
cundo, ab exactis vero regibus quadringentesimo octo-  
gesimoque, mos Romae repetitus uni prorsus parendi,  
pro rege imperatori vel sanctiori nomine Augusto ap-  
10 pellato. Octavianus igitur, patre Octavio senatore 2  
genitus, maternum genus ab Aenea per Iuliam fami-  
liam sortitus, adoptione vero Gai Caesaris maioris  
avunculi Gaius Caesar dictus, deinde ob victoriam  
Augustus cognominatus est. Iste in imperio positus 3  
15 tribuniciam potestatem per se exercuit. Regionem 4  
Aegypti inundatione Nili accessu difficilem inviamque  
paludibus in provinciae formam redegit. Quam ut 5  
annonae urbis copiosam efficeret, fossas incuria vetu-  
statis limo clausas labore militum patefecit. Huius 6  
20 tempore ex Aegypto urbi annua ducenties centena  
milia frumenti inferebantur. Iste Cantabros et Aqu- 7  
tanos, Rhaetos, Vindelicos, Dalmatas provinciarum nu-  
mero populo Romano coniunxit. Suevos Cattosque  
delevit, Sigambros in Galliam transtulit. Pannonios